

MASS OF THE BVM IN ADVENT

Errors? help@extraordinaryform.org

INTROIT Isaiah 45: 8

Roráte, cæli, désuper, et nubes pluunt justum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. (Ps. 84: 2) Benedixísti, Domine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Roráte, cæli, désuper, et nubes pluunt justum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

COLLECT

Deus, qui de beátæ Mariæ Virgínis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti: præsta supplicibus tuis; ut, qui vere eam Genétricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Feria

Excíta, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Isaiah 7: 10-15

In diébus illis: Locútus est Dóminus ad Achaz, dicens: Pete tibi Dóminus a Dómino, Deo tuo, in profúndum inférni, sive in excélsum supra. Et dixit Achaz: Non petam et non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo, domus David: Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce, Virgo concípiet et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobare malum et eligere bonum.

GRADUAL Psalms 23: 7

Tóllite portas, príncipes, vestras: et elevámini, portæ æternáles: et introívit Rex glóriæ. V. (Ps. 23: 3-4) Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens mánibus et mundo corde.

LESSER ALLELUIA Luke 1: 28

Allelúja, allelúja. Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Allelúja.

GOSPEL Luke 1: 26-38

In illo témpore: Missus est Angelus Gábriél a Deo in civitátem Galilææ, cúbriem Nazareth, ad Virginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virgínis Mariæ. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audisset, turbáta est in sermóne ejus: et cogitábat, qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei: Ne tímeas, Mariá, invenísti enim grátiam apud Deum: ecce, concípies in útero et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David, patris ejus: et regnábít in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Mariá ad Angelum: Quómodo fiet istud, respóndens virum non cognóscó? Et quóniam virum Angelus, dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce, Elísabeth, cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua: et hic nensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem Mariá: Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

OFFERTORY Luke 1: 28, 42

Ave, Mariá, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris tui.

SECRET

In méntibus nostris, quæsumus, Dómine, veræ fídei sacraménta confirma: ut, qui concéptum de Virgine Deum verum et hóminem confitémur; per ejus salutíferæ resurrectiónis poténtiam, ad ætérnam mereámur pervenire lætítiam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Feria

Hæc sacra nos, Dómine, poténti virtúte mundátos, ad suum faciánt purióres veníre princípium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Et te in Veneratióne beátæ Mariæ semper Virgínis collaudáre, benedícere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et, virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dómines, cæli cælorum, tremunt virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Isaiah 7: 14

Ecce, Virgo concípiet et páriet fílium: et vocábitur nomen ejus Emmánuel.

POSTCOMMUNION

Grátiam tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde: ut, qui, Angelo nuntiánte, Christi, Fílii tui, incarnatiónem cognóvimus; per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Feria

Suscipiámus, Dómine, misericórdiam tuam in méntio tempóris tui: ut reparatiónis nostræ ventúra solémius cóngruis honóribus præcedámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Drop down dew, ye heavens. from above and let the clouds rain the just: let the earth be opened. and bud forth a savior. (Ps. 84: 2) Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Drop down dew, ye heavens. from above and let the clouds rain the just: let the earth be opened and bud forth a savior.

O God, Who didst will that at the message of an angel Thy Word should take flesh in the womb of the Blessed Virgin Mary: grant that we, Thy suppliants, who believe her to be truly the mother of God, may be helped by her intercession with Thee. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Stir up Thy power, we beseech Thee, O Lord, and come: that from the threatening dangers of our sins we may deserve to be rescued by Thy protection, and to be saved by Thy deliverance. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days: the Lord spoke to Achaz, saying: Ask thee a sign of the Lord thy God, either unto the depth of hell, or unto the height above. And Achaz said, I will not ask, and I will not tempt the Lord. And he said, Hear ye therefore, O house of David: it a small thing for you to be grievous to men, that you are grievous to my God also? Therefore the Lord Himself shall give you a sign. Behold a virgin shall conceive, and bear a son, and His name shall be called Emmanuel. He shall eat butter and honey, that He may know to refuse the evil, and to choose the good.

Lift up your gates, O ye princes; and be ye lifted up, O eternal gates: and the King of glory shall enter in. V. (Ps. 23: 3-4) Who shall ascend into the mountain of the Lord, or who shall stand in His holy place? The innocent in hands and clean of heart.

Alleluia, alleluia. Hail Mary, full of grace: the Lord is with thee; blessed art thou among women. Alleluia.

At that time the Angel Gabriel was sent from Nazareth, into a city of Galilee, called Nazareth, to a virgin espoused, a man whose name was Joseph, of the house of David, and the virgin's name was Mary. And the Angel being come in, said unto her: Hail, full of grace: the Lord is with thee: blessed art thou among women. Who having heard, was troubled at his saying: and thought with herself what manner of salutation this should be. And the Angel said to her: Fear not, Mary, for thou hast found grace with God: behold thou shalt conceive in thy womb, and shall bring forth a son, and thou shalt call His name Jesus. He shall be great, and shall be called the Son of the Most High, and the Lord God shall give unto Him the throne of David His father; and He shall reign in the house of Jacob for ever, and of His kingdom there shall be no end. And Mary said to the Angel: How shall this be done, because I know not man? And the Angel answering, said to her: The Holy Spirit shall come upon thee, and the power of the Most High shall overshadow thee. And therefore also the Holy which shall be born of thee shall be called the Son of God. And behold thy cousin Elizabeth, she also hath conceived a son in her old age; and this is the sixth month with her that is called barren; because no work shall be impossible with God. And Mary said: Behold the handmaid of the Lord, be it done to me according to thy word.

Hail Mary, full of grace; the Lord is with thee. Blessed art thou among women, and blessed is the fruit of thy womb.

Strengthen in our hearts, O Lord, we beseech Thee, the mysteries of the true faith, that, confessing Him Who was conceived of the Virgin to be true God and true man, we may deserve, through the power of His saving resurrection, to attain everlasting joy. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May these holy mysteries, O Lord, cleanse us by their powerful virtue and make us to come with greater purity to Him Who is their source. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in this veneration of the Blessed Virgin Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels adore Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Behold, a virgin shall conceive, and bring forth a son; and His name shall be called Emmanuel.

Pour forth, we beseech Thee, O Lord, Thy grace into our hearts, that we, to whom the incarnation of Christ Thy Son was made known by the message of an angel, may, by His passion and cross, be brought to the glory of His resurrection. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May we receive, O Lord, Thy mercy in the midst of Thy temple, that we may prepare with due honor for the approaching feast of our redemption. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.